

Matth. 17. in transfiguratione, agilitatem, dum  
ambulauit super aquas, subtilitatem dum de-  
intaecto virginis vtero exiuit] id enim ex co-  
iunctione verbi corpori debebatur. Ita ob-  
coniunctionem digne communicantis cum  
corpore Christi, datur iustis agilitas quædam  
& vigor ad studiosa opera ex assistentia diui-  
ni auxilij, & aliud quid simile dotibus, per  
quod caro, diminuto in dies fomite, prompta-  
tius obediat spiritui, atque dicatur spiritua-  
lis. Vt. 1. Corin. 15. corpus dicitur forte spi-  
rituale ab effectu, quia perfecte obediet spi-  
ritui. Propter quod Concil. Florent. effectu  
Eucharistiae docet & augere gratiam, & in cor-  
porare nos Christo. Quæ similitudo ex pri-  
mitur Ioan. 6. dicente Christo, Sicut ego vi-  
tu propter Patrem qui misit me, accepta ab  
illo substantia mea, ita qui manducat me, ac-  
cepta corporis mei substantia, vivet propter  
me, & de Manna in figura Eucharistie dicitur  
Sap. 16. Substantiam tuam, & dulcedinem, quam  
in filios habes, ostendebas. Quæ omnia sa-  
tis explicat de aliis, quos iustus habet per  
potentias etiam corporales, ut dictum est. Quæ  
re Patrochi patres erunt, fideles crebro adhorta-  
ti, ut quemadmodum corpori in singulos dies a-

Ce 2 Iamen